



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Privilegium Regis Hispaniarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)

Privilegium Cæsareum.

Virtute Privilegii S. Cæsareæ Majestatis super impressione & distractione Librorum per Fratres Minores concessi; facultatem facimus HIERONYMO NEMPÆO Typographo Lovaniensi, ut imprimat & distrahat hanc Tertiam Partem Theologiæ Sacramentalis Auctore Reverendo Admodum P. Fr. JOANNE BOSCO Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum Provinciae nostræ Inferioris Germaniæ S. Theol. Lectore Jubilato, ac Definitore cum plenario usu Privilegii Cæsarei præfati, idque pro prima illius Editione. Datum Lovanii in Conventu nostro Fratrum Minorum Recollectorum die 16. Octobris Anno 1669. sub meo Chyrogapho Officiique sigillo minori.

F. JACOBUS DE RIDDERE *Commissarius*
Generalis Fratrum Minorum Germano-Belgicus.

Privilegium Regis Hispaniarum.

PHILIPPI IV. Regis Hispaniarum &c. Privilegio cautum est, ne quis *Theologiam Sacramentalem Scholasticam & Moralem* Auctore F. JOANNE BOSCO Ordinis FF. Minorum S. Theol. Lectore Jubilato, in toto vel in parte, conjunctim vel divisim imprimat, aut alibi impressam, in hæc Ditiones importet, recineat vel dividat, præter Typographum Juratum ab eodem Auctore deligendum; idque sub poena confiscationis & amissionis Librorum, & insuper alia gravi multa; ut latius patet in Litteris patentibus desuper Bruxellæ in Supremo Concilio Brabantiae expeditis die 11. Julii Anno 1665. de more sigillatis & signatis.

L O Y E N S.

VIRTUTE præmissi Privilegii Regii de HIERONYMO NEMPÆO Typographo Lovaniensi facultatem imprimendi ac distrahendi Tertiam Partem meæ *Theologiæ Sacramentalis* primæ Editionis. Datum Lovanii die 17. Octobris Anno 1669.

F. JOANNES BOSCO.

CENSURA.

Hæc De Pœnitentia *dissertatio*, Doctoris Subtilis Auctore R. P. F. JOANNE BOSCO Ord. FF. Minorum S. Th. Lectore Jubilato, tum in proponendis, tum in solvendis argumentis solertiam sparsim exhibet; ac præterquam quod ex ipsius principis ac sententiis plurima consequenter & nervose deducit, etiam ad alias materias pœnitentiæ affines non raro amœnè ac fructuosè digreditur. Ita censeo Lovanii 24. Octobris 1669.

SIMON SERVATII S. Th. Doctor & Prof.
Librorum Censor.

DISPU.